Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae Russiae, Prussiae Masoviae
Samogitiae Livoniae Smolensciae Czerniechoviaeque necnon Suecorum Gottorum Vandalorumque Haereditarius Rex.

Significamus praesentibus literis Nris quorum interest Univsis et singulis. Quod cum velimus semper Iura Regni salva et illaesa, observationiq eorundem studeamus; nec velimus Iurisdictiones tanquam praedium Nrum confundi; condignam autem habeamus raonem meritorum tam Mgci Joannis Gninski; Palatini Culmensis et Capitanei Kowaliensis recenter creati, Naclensis Vero Grodecensis Radzynensis et Gnesnensis Capitanei, quam meritorum Gnosi Joannis Proski Intimi Camerae Nrae Aulici, quae Nobis et Reipub: toga et sago in variis expeditionibus, tum publicis Legationibus utriq praestiterunt, consensisse Nos ac permisisse, consentireq et permittere praesentibus liris Nris, ut idem Mgcus Palatinus Culmensis possit et valeat de omni et integro Iure suo, quod ipsi super Capitaneatum Naclensem cum Villis Polichno, et Lubascz, eorumq attinentiis et pertinentiis servit et competit cedere, illudq in personam supra nominati Gnosi Joannis Proski Cessionarii Iuris transferre et transfundere. Quae quidem Cessio, Iurisq transfusio, postquam coram Actis quibuscunq Authenticis Regni facta, et recognita fuerit; Nos eam ratam et gratam; uti eam quae praevio consensu Nro peragetur, habituri sumus, Vigore cuius Cessionis praesentisq consensus Nri, praedictus Gnosus Joannes Proski Intimus Camerae Nrae Aulicus praefatum Capitaneatum Naclensem cum Villis Lubascz et Polichno necnon eorum curiis, agris, pratis, campis sylvis pascuis subditis, eorumq laboribus censibus, redditibus, laboribus, necnon cum tota Iurisdictione Castrensi tenebit habebit et possidebit. Salvo nihilominus Eiusdem Mgci Palatini Culmensis ac Mgcae Dorotheae Iasbolska Coniugum iure, quod ipsis super Advocatiam Naclensem cum Villis Ostrowka Szathi, Karnowo, Pietrzewnica ac molendina Szathowski, Bielawski et Ruthi sumptibus propriis eorundem post ultimam desolaonem erecta, seorsive ex Privilegio Nro competit; cum eiusdem Advocatiae Villarum et Molendinorum praediis, curiis, agris pascuis Sylvis et praecipue Sylva Rozwarzyn dicta; tum nemoribus, stagnis, piscinis, lacubus flumio Notes, eiusq pascuis, pratis piscaone et latifundiis, fluminibus, tabernis et praecipue taberna in Oppido Naklo ex antiquo ad Advocatiam pertinente Univsis ac singulis attinentiis et pertinentiis, prout idem Mgci Possessores insolidum iam tenent, habent, et possident, quorum iuri nihil omnino derogatum volumus. Promittimus autem pro Nobis et Sermis Successoribus Nris nec Nos, Sermosq Successores Nros ab usu et pacifica dicti Capitaneatus Naclensis sic cessi, prout, hisce liris Nris consentimus. Gnosum Joannem Proski Capitaneum Naclensem possessione amoturos, aut alienatos neq amovente: aut alienandi ansam cuipiam daturos, sed salvum et integrum ius conservaturos, quod et Sermi Successores Nri praestabunt. Raone cuius Advitalitatis Quartam iuxta praescriptum Legum publicarum quot annis statuto tpre in Thesaurum Regni Idem Gnosus Proski Cessionarius Capitaneus Naclensis inferre tenebitur. Iuribus Nris Regalibus Ecclesiq Cathedr: Salvis manentibus. In quorum fidem praesentes manu Nra subscrias sigillo Regni comi iussimus. Datum Varsaviae Die XXX Mensis Maii Anno Dni MDCLXVIII Regnorum Nrorum Poloniae et Sueciae XX Anno.

Joannes Casimirus Rex

Consensus cedendi Capitaneatu Naclensis Mgco Joanni Gninski Palatino Culmensi in personam Gnosi Joannis Proski [illegible]

Joannes Proski [illegible] Culmensis [illegible]

107

Feria secunda post festum Sanctae Catherinae
Virginis et Martyris proxima A.D. 1668.
In Iudicijs Castrensibus Cassoviae G. Ioannes
Piwski circa Iuramentum Suffraganeum ...
tum ad Affectandum porrexit et Induxit
Originale recepit de recepto quietavit
Induxit

Consensus ad cedendum Capineatu Nailens Illo
Ioanni Zmijski ~~Castellano~~ Palatino Culmensi
in persona G.: Ioannis Drojski Castellano Ror
... die 30 mensis Maij 1668vo ad S.
R. M.te

2

227
Wojewódzka i Miejska Biblioteka Publiczna w Bydgoszczy BIBLIOTEKA Główna
Rkp 1221/55